



E Codice Parisino Stow. Acq. Lat. 1554 p. 96.

Vir Nobilissime atque Amplissime,

Ob diurnam tuam absentiam ^{J^{an}e} M^{ari}i coram pro exemplari scripti tui de usum organorum musicorum in templis ad me missa, nondum gratias agere potui. Tametsi diversae de hoc argumento sint nostrorum Theologorum orthodoxorum sententiae, experientia tamen testatur, quod propterea funem acerbæ contentionis alii contra alios in hac provincia trahere nolint.

Hunc egregium atque eruditum S. Theologiae candidatum Theodorum Auverchium Vesalionsem. Illustrissimi ac Celsissimi nostri Principis Auriaci favore dignissimum rogo ut oblatâ occasione illustrissimae eius Celsitudini unicae commendes. Hodie theses meas Anti-Socinianas docte solide ac magna cum laude sub publico meo praesidio defendit. Bene vale in Domino nostro Iesu Christo. Raptus Leidae 20. Octobris 1641.

J. A. A.

addictissimus

Joh. Polyander a Kerckhoven.

Nobilissimo atque amplissimo
viro

D. a Syylechem, Illustrissi-
mo ac Celsissimo Principi
Auriaco a Secretis
Hagae Comitis

Descripta m. Mart. 1900

B.P.L.
885.

